[illegible] vocis [illegible] Tien et Chang ti
天, 上帝

Prima Inspectio

fundamentum est non leve judicandi et asserendi litteram 天 non solum significare cœlum materiale et visibile, sed in multis textibus magistrorum librorum qui dicuntur King [illegible] unum supremum dominum cui [illegible] competit concedendi regna et auferendi, cui et intimi cordis humani recessus patent, qui præmia bonis, improbis pœnas æquissime rependat. Huic loquendi modo similem habemus in Europa, ubi cœlum inclamare et similia frequentissime usurpantur, præsertim cum stylo paulo nobiliori scribimus aut loquimur. Eadem figura Sinis longe magis familiaris est. v.g. 朝廷 propriè significat Palatii Imperialis aulas, tamen hac appellatione designatur Imperator etiam in communi usu loquendi. 東宮 propriè est domus seu palatium ad orientem, et tamen intelligitur Princeps Imperii hæres, quia palatium ejus situm ad orientem respectu Imperialis Palatii. 堂 propriè est aula, gallicè une sale. et tamen [illegible] 堂 [illegible] Tua mater. Item 正堂 propriè est recta aula, et [illegible] tamen designatur primus magistratus urbis aut civitatis. 府 est urbs primi ordinis 縣 est urbs tertii ordinis, et tamen urbium præfectos sæpissimé designant.

Circumstantiæ et adjuncta tollunt ambiguitatem quæ talibus loquendi modis alioquin inesse posset. v.g. si dicas 我到府 perveni ad N. fu designatur clarè talis urbs. si dicis 府 [illegible] N. fu secundo flumine pergit ad metropolim, clarè intelligitur talis homo talis urbis præfectus. Sic si dicas 日照天下 Sol lucet in cœlo, clarè intelligitur cœlum visibile et materiale solis illuminari. Item si dicis 天子 [illegible] [illegible] intelligitur [illegible]
[illegible]

Circa voces seu litteras Tien et Chang Ti.
天, 上帝.

Prima Propositio

Fundamentum est non leve judicandi et asserendi litteram 天 non solum significare cœlum materiale et visibile, sed in multis textibus præsertim veterum librorum quos Sinæ vocant King, designare unum supremum dominum, cui potestas competat concedendi regna et auferendi, cui vel intimi cordis humani recessus pateant, qui præmia bonis, improbis pœnas æquissimé rependat. Huic loquendi modo similem habemus in Europâ, ubi cœlum inclamare et similia frequentissimé usurpantur, præsertim cum stylo paulo nobiliore scribimus aut loquimur. Eadem figura Sinis longe magis familiaris est. v.g. 朝廷 proprié significat Palatii Imperialis aula. tamen hac appellatione designatur Imperator etiam in communi usu loquendi. 東宮 proprié est domus seu palatium ad orientem, et tamen intelligitur Princeps Imperii hæres cujus palatium est situm ad orientem respectu Imperialis Palatii. 堂 proprié est aula, gallicé, une sale. et tamen sinicé dicitur 令堂 Tua mater. Item 正堂 proprié est recta aula et sic tamen designatur primus magistratus urbis aut civitatis. 府 est urbs primi ordinis 縣 est urbs tertii ordinis. et tamen urbium præfectos sæpissimé designant.

Circumstantiæ et adjuncta tollunt ambiguitatem quæ talibus loquendi modis alioquin inesse posset. v.g. si dicis 至某府 pervenire ad N. fou designatur claré talis urbs. si dicis = 某府下省 N. fou secundo flumine pergit ad metropolim, claré intelligitur talis homo talis urbis præfectus. sic si dicas = 日照于天 Sol lucet in cœlo, claré intelligitur = cœlum visibile et materiale luce solis illuminari. Item si dicis 天黑了 cœlum nigrum ~~ex~~ factum est intelliguntur offusæ cœlo materiali tenebræ. si vero dicas cum priscis

libri 惟天聰明 quam est intelligens Tien. vel si dicas cum Confucio 天厭之 Tien me fastidiat seu abjiciat (si hoc feci) Item si dicas cum eodem Confucio 知我者其天乎 Quis me optime novit est Tien. In his et simili bus manifestum est designari non stellatum cælum sed intelligentiam in cælo residentem. Vide alibi si lubet plures librorum canonicorum sinensium textus; in quibus ita usurpatur littera 天 ut ibi manifestum sit per eam non designari cælum maale ac visibile, sed cæli visibilis invisibilem dominum.

Secunda Propositio

A. fundamentum est non leve judicandi et asserendi per appellationem 上帝 Chang Ti multis in locis librorum veterum designari unum supremum Dominum intelligentem, justum &c. nam præter quam quod 上 significat supremum et 帝 dominum seu Imperatorem, legitur in libro Chu King = A omnia quæ agimus (sive bona sive mala) scripta sunt in corde domini 帝. Item legitur = B. Chang Ti (utpote justus) non eodem semper modo agit (erga homines) si bene agant præmia, si male, pœnas in eos demittit. Item liber Chi King ait = C. dominus (帝) ait Regi Ouen ouang: Ego amo sinceram perfectamque virtutem. Item legitur in libro Chu King = D. meditanti mihi et tacite ac reverenter de viâ rectâ cogitanti visus est in somnis dominus (帝) mihi dans seu indicans optimum ministrum. ~~Item legitur in libro ? King = E. dominus~~ vide alibi si lubet collectos plures ejusmodi textus librorum quos sinæ vocant King.

Tertia Propositio

fundamentum est non leve judicandi et asserendi ~~nec~~ litteratos sinenses etiam posteriorum ætatum non esse atheos, et aliud intelligere sub vocibus seu litteris Tien et Chang Ti, quam cælum materiale, aut cæcam virtutem ipsi congenitam.

Probatur 1.° quia sinenses litterati etiam posteriorum ætatum palam profitentur doctrinam suam contineri in libris King. horum autem librorum textus multi nullatenus possunt explicari de cælo materiali aut cæca virtute illi congenita, sine vi manifestâ, quam non est æquum

A. 惟簡在帝之心

B. 惟上帝不常作善降之百祥作不善降之百殃

C. 帝謂文王予懷明德

D. 共默思道夢帝賚予良弼



A. 張敬夫一日奏事上問天對曰不可以蒼蒼者便爲天當求諸視聽言動之間一念纔是便是上帝鑒觀上帝臨女簡在帝心一念纔不是便是上帝震怒

B. 善與罪天皆知之尒之有善也在帝心我之有罪也在帝心

C. 無曰高高在上陟降厥士日監在茲

D. 無謂其高而不吾察當知其聰明明威常若陟降於吾之所爲而無日不臨監于此者

æquum tribuere litteratis posteriorum ætatum aut omnibus aut plurimis sine fundamentis gravibus et claris, qualia nec prolata sunt hactenus, nec suppetunt.

Probatur 2.° prolatis multis textibus, quorum authores sunt litterati variarum quidem ætatum sed tamen posteriorum.

1.° Cum aliquando A Tchang King fou de quibusdam negotiis ageret apud Imperatorem Hiao Tsoung, Imperator eum interrogavit circa cælum Tien. Ille respondit = absit ut hæreamus in hoc cæruleo cælo (Quando inquirimus circa Tien) quæri debet et attendi (Tien) in examine nostrorum sensuum verborum ac motuum. si bona occurrit tibi cogitatio, hoc est quod nostri King exprimunt his verbis: supremus dominus ~~Tien~~ respicit te: supremus dominus appropinquat tibi: scripta sunt omnia in corde Domini. si mala te occupat ~~cog~~ cogitatio, attende quod iidem libri dicunt: supremus Dominus irascitur.

Ex hoc textu clarè patet per Tien 天 et Chang Ti 上帝 unum eumdemque designari dominum intelligentem, qui si bonum amplectimur adest nobis, si malum irascitur. id que juxta libros King, qui fatentibus omnibus fons est doctrinæ toti Imperio communis. In quem locum, authoris citati supparet amicus Tchu ouen koung quem præ cæteris suspectum habere videntur aliqui Europæi, = sic, inquit, noscitur Tien 天, non vero aspiciendo cæruleum illud quod nos nostraque non curat.

2.° omnia B quæ agimus, sive bona sive mala, cælo penitus nota sunt, inquit idem Tchu ouen Koung, ea Tien 天 penitus novit. Tu bonum aliquid fecisti, istud est in corde Domini 帝. Ego aliquid peccavi, est et istud quoque in corde Domini 帝. In eumdem sensum legitur in libro Chi King hæc admonitio = C. ne dicas; est admodum longè a nobis et supra nos. sursum deorsumque dibus invigilat quotidie et præsens adest. quem textum sic explicat Tchu ouen koung ~~= ? ?~~ D. noli dicere, sursum est longè a nobis et nos non examinat: debes scire, quod intelligens ac

E. 敬天之怒
昊天曰明及尔出王
昊天曰旦及尔游衍

F. 言天之聰明無所不及不可以不敬也其怒也甚矣而不知之敬也亦知其有日監在茲乎

G. 降祥降殃者誰
倘所謂皇皇之
上帝[illegible]非乎

H. 天神之最尊者上帝也謂之昊天上帝帝者主宰之稱以帝稱之而又加以天天之上加以昊帝之外加以上可謂極至而無以加矣祀之者尚不敢以備物恐或有以褻之况敢以虚誕之辭而加之沖漠之表乎其爲褻之也大矣

verenda majestas, haud secus ac si ascendendo et descendendo se moveret, omnia quæ agimus lustrat, nec uno die intermittit hic adesse, præsens et inspicere. — Nefas igitur est eam non revereri.
alio loco liber Chi King ait. E. attende et verere iram cœli 天 Tien. est intelligens, considerat omnes tuos gressus. est perspicax Tien 天 vel minimam animi remissionem examinat. ad quem locum Tchu ouen koung. F. sensus est, inquit, quod cœli summa intelligentia ad omnia se extendat. ergo invigilandum ac timendum. ejus ira terribilis est. sibi non attendere, est ne concipere quod sper hic adsit et omnia consideret!
De eodem argumento adhuc infra numero 9º.
3º. author yu te chin in suo dictionario, cui titulus est Ping tze thien, sic habet. Quis ille est qui bonos remunerat et punit improbos? nonne ille qui dicitur summè Augustus (vel) a se regnans supremus Dominus? deinde addit: scilicet incessanter versamur sub ipsius oculis, nec tamen id agimus, ut singulis momentis, majori cum timore et tremore revereamur cœlestem (vel) divinam ejus majestatem. Quin pravis affectibus ducti, et exigua quæ nostra sapientia freti, non dubitamus cum Imperante Cœlo 帝天 congredi. quænam major stupiditas esse possit!
4º. Kieou man chan carpens Imperatorem ouei tsoung sic habet. H. Inter cœlestes spiritus summè [illegible] nobilis ac præstans est chang Ti. designatur per hanc appellationem hao Tien chang Ti 昊天上帝. littera dominium ejus ac regimen exprimit. litteræ 帝 additur littera 天. litteræ 天 conjungitur littera 昊, littera 帝 etiam conjungitur littera 上. profecto constans quatuor his litteris appellatio exprimit summum quid, nec est quod addatur nobilius. Qui sacrificat chang Ti non audet parare+ multa ne sic minus eum revereri videatur. Quid a fortiori de illo sentiendum qui superaddito ex inanibus verbis titulo ipsum quasi ornare præsumit? contemptus est sanè maximus.
+ unica victima adhibetur in sacrificiis Chang ti.
5º. narratur

J. 據此則是眞有個天帝與高宗對曰吾賚汝以良弼今人但以主宰說帝謂無形容恐也不得若世間所謂玉皇上帝恐也不可

K. 高宗夢帝賚良弼必是夢中有帝賚之不得說無此事只是天理也不得

5º. narratur in libro Chu King, quod quidam Imperator in somnis accepit ab ipso Chang Ti expressam imaginem cujusdam hominis sapientis, quem quæsivit et in ministrum accepit. ad hunc locum, quem superius jam exscripsi, sic loquitur Tchu ouen koung, quem superius etiam dixi quibusdam europæis maximè esse suspectum. [illegible] J. — Cum factum, inquit, quod refertur verum sit, necesse est dari aliquem cœli dominum 天帝, qui apparuerit Imperatori Kao Tsoung, et ei dixerit, ego do tibi optimum ministrum. Nunc temporis autem litterati simpliciter explicando litteram Ti 帝 Dnum per duas litteras 主宰 Dnum gubernantem, dicunt eum non habere ullam figuram aut speciem, vereor ne hoc pugnet cum hoc textu. hoc applicare ad eum quem vulgus appellat yu hoang chang Ti, videtur etiam nefas.
Idem author alio loco eundem expendens textum ait. K. Imperator Kao tsoung accepit a Chang ti egregium ministrum. igitur [illegible] est dominus qui eum in somnis ipsi [illegible] dederit. negari non potest factum. dici etiam non potest quod sit id quod vocatur Tien li 天理. cœli ratio seu cœlestis ratio.
Ex hoc gemino loco potest colligi, quod in mente hujus authoris Tchu ouen koung, saltem cum hæc scriberet, daretur cœli supremus Dnus Chang Ti. qui nec confundi posset cum Idolo yu hoang, nec posset dici mera cœli materialis ratio aut virtus ipsi congenita. Quod vero iste cœli Dnus 天帝 omnis figuræ esset expers, sua ætate vulgo a Philosophis doceri testatur Tchu ouen koung. Ipse vero, quoniam hic cœli Dnus, teste libro chu king, apparuerat Imperatori Kao tsoung, non satis capiebat quomodo et apparere et figura carere posset. ignorabat ille scilicet quomodo puri spiritus hominibus appareant, quod mirum non est. sed neque eos negat apparere posse. nam

L. 問孔子夢周公都是
思曰程先生如此說
意欲說孔子不真見
周公然見何害

M. 性以賦於我之分而言
天以公共道理而言天
便脫摸是一個大底
人人便是一個小底天凡吾之所有者自彼而
來也故知吾性則自然知天矣

praeterquam quod censet pro indubitato habendum factum supra relatum, utpote quod legitur in libro Chuking; insuper in simili argumento mentem suam distincte aperit circa possibilitatem apparitionum. Confucius dicit sibi amplius non apparere Principem Tcheou Koung dudum mortuum. Quaerit aliquis a Tchu ouen Koung, quando Confucius videbat in somnis Tcheou Koung, nonne istud erat mera et vana imaginatio? Tchu ouen Koung respondet: Doctor Tching hoc modo loquitur, videturque sentire non vere visum fuisse a Confucio Tcheou Koung, sed quid impedit, quominus dicatur Tcheou Koung vere a Confucio in somnis visus fuisse? L.

6.º Philosophus antiquus Moung tze ait = Cum quis bene cognoscit suam naturam, consequenter cognoscit Tien, 知其性，則知天矣. In hunc locum sic Tchu ouen Koung. M. littera 性 natura significat portionem illam (rationis) quae mihi est infusa, per Tien 天 vero designatur universalis ratio. Tien, si non haereamus in corporeo, est quasi ingens homo, et homo est veluti parvum et compendiosum Tien. Sic nimirum exprimit Tchu ouen Koung in eo convenire Tien et hominem quod valeant ratione. Pergit idem author. Quidquid habeo (rationis), id omne procedit ab illo Tien 天. Quare si meam naturam bene cognosco, consequenter cognosco Tien 天.

7.º Idem Philosophus Moung tze ait = optare et quaerere quae corpori sunt necessaria, id naturale est, 性也. In iis excessum vitare, lex est seu mandatum (nimirum naturale et infusum) 命也命焉. Quare sapiens, cum de iis agitur, minus attendit ad ea prout a natura appetuntur, quam prout ab infusa lege diriguntur. Ea autem quae rationi sunt conformia sequendi legem habemus impositam illam quidem 命也, sed ita impositam, ut nobis innata sit et naturalis 性焉. Quare cum de istis agitur amplectendis, sapiens dictam legem sequitur ut innatam et naturalem adeam non

N. 愚聞之師曰此二條者皆性之所有而
命于天者也皆性之所有謂之人心道
心也故皆說得性口之於物五者人心也
仁之於父子五者道心也雖人心亦天理之
所有況道心乎蓋理氣均出于天故皆以爲命于天

O. 天便似天子命便似將告勅付與自家
性便似自家所受之職事情便似去親
臨這職事才便似去動行許多工夫

adeam non attendit ut impositam 命也.

In hunc antiqui philosophi locum, Interpres Tsai Hiu tchai sic habet. N. accepi a magistris meis (hoc est a philosophis dynastiae Soung) quod ea quae continet gemina pars hujus loci, omnia sint hoi innata et naturalia, et eadem omnia homini a Tien 天 sint infusa seu imposita. Distinguitur quidem appetitus sensitivus et appetitus rationalis, sed uterque pertinet ad hominis naturam, et eatenus dici potest ejus natura. Ferri circa ea quae jucunde sensum afficiunt proprium est appetitus sensitivi seu partis inferioris hominis. Ad charitatem autem mutuam ferri v. g. Patrem erga filium, proprium est appetitus rationalis seu partis superioris humanae. In ipso etiam appetitu sensitivo caelestis seu divina ratio 天理 reperitur, quanto magis in rationali? Enimvero Ratio 理 et materia seu spiritus 氣 pariter prodeunt a Tien 天. Et eo sensu utrumque dici potest a Tien infusum et impositum mandatum.

Ipse Tchu ouen Koung exponens et evolvens quid sit intelligendum per has litteras 天, 命, 性, 情, 才, eamdem doctrinam tradit. Sic loquitur per comparationem. O. Cogita inquit Imperatorem mandantem. Is tibi repraesentat quid intelligendum per litteram Tien 天. — Cogita illius Imperatoris diploma prout ab eo exit et tibi traditur; habes quid intelligendum sit per litteram ming 命. Cogita idem diploma prout a te recipitur et prout continens munia et officia quae tua sunt, habes quid intelligendum per litteram 性 (natura scilicet rationalis et officia in ea fundata) — Cogita executionem diplomatis seu officiorum quae continet exercitium actuum internum, habes quid intelligendum per litteram 情 [affectus videlicet vel boni vel mali qui te in dictis officiis continent aut ab iis retrahunt] Cogita impositi muneris exercitium non vulgare sed cum insigni solertia constantia que laude conjunctum, habes quid intelligendum per litteram 才. Hanc doctrinam alio in loco aliter —

P.

exprimit idem author his verbis = P. Tien te producit, commendatque tibi, ut hanc rationem sequaris. sed eam sequi vel non sequi, reliquit tibi liberum.

8.º liber Chu King ait = Cum Dominus 帝 visitaret Regem Kie, improbus ille Rex non resipuit, imo magis libidinosus magisque ferox evasit, nec Domini beneficiis voluit respondere. commentarii dicti Ho tsan hunc locum sic exponunt = Q. peccaverat Rex Kie familiæ Hia, supremus Dnus 上帝 immisit in eum calamitates non usitatas, atque his castigationibus eum admonebat, ut se converteret. volebat sincere ut Kie timore correptus sibi attenderet, et justitiæ vias serviendo cœlo Tien 天, populique curam gerendo sequeretur. frustra hæc. Quo plus Cœlum 天 castigabat Kie, inquit alius commentarius dictus ge Ki, eo pejor erat Kie. 天譴愈甚，桀愈惡愈長. nondum tamen Tien sustinet eum plane deserere. in usu vitæ quotidiano erumpebat forte interdum lux aliqua bonæ cogitationis, tot hæc erant supremi Domini eum ad emendatem inducentis beneficia. addit alter interpres Tsai kieou foung. R. sive Kie aliquid cerneret, sive quid audiret, sive esset in negotio sive in otio, demum quidquid ipsi accideret in usu vitæ quotidiano. his oibus utebatur supremus Dominus 上帝 ad illum hominem excitandum et dirigendum.

adhuc forte clarius commentarii dicti ge Ki. S. nemo est tam perditus cui non oriatur interdum aliqua lux bonæ cogitationis. Nimirum sunt totidem motus Domini 帝 hominem ubique impellentis ad bonum.

Denique Interpres yao ching yen in hæc verba: 帝之迪 Domini excitantis motus. sic ait: T. non potest satis degustari sensus harum trium litterarum. Nimirum, ut ex iis patet, supremus Dominus rectam mihi viam aperit et ad eam sequdam excitat. Ego assidue indulgens libidini et peream obcæcatus

P. 天只生得你付得這道理與你做與不做都在你

Q. 夏桀有罪上帝降災異以譴告之正欲其恐懼修省盡承天治民之道耳桀乃大肆豫樂天猶未遽絕之也日用動靜間或有一念之明皆上帝所以開導之者

R. 視聽動息日用之間洋洋乎皆上帝所以啟迪開導斯人者

S. 雖至愚之人未嘗無一念之明是帝之迪人無往而不在

T. 帝之迪三字極宜體味上帝分明啟我一條好路乃終日沉昏不能自趨此謂自絕于天

obcæcatus non possum a me impetrare ut rectam illam ingrediar viam. hoc videlicet est quod dicitur se penitus cœlo 天 subducere, et ab eo separari.

Verum ut hunc locum absolvam, libri Chu King textus ait = vir sapiens ac probus vel unâ cogitatione perverti potest, item et improbus converti. In quem locum sic commentarii ge Ki. V. si quis antea similis sapientibus Regibus yao et Chun, cesset ab illâ continuâ in se ipsum vigilantiâ, numquid non declinabit ad stultitiæ vias. E contra si quis improbitate et stultitiâ prius referens improbos Kie et Tcheou, se valeat emendare, numquid non ingredietur sapientiæ viam. Confucius quidem dicit = summè stultos ac improbos non mutari. etsi dicit eos non mutari, non negat eis [illegible] suppetere mutandi rationem, sed exprimit quatenus timendum credat ne homines ejusmodi sibi crudeles se se ipsi deserant et emendare nolint. verum si serio vellent, tunc enimvero contingeret quod ait textus libri Chu King = stultos et improbos vel unâ cogitatione converti posse.

In eumdem sensum ait Interpres Tsai kieou foung. X = etsi Rex Tcheou vitiis perditus foret, poterat tamen se ad meliorem frugem recipere; quapropter Tien nondum sustinet eum omnino deserere. sed quinque adhuc annorum spatium ei benigne indulget. Interim si se emendasset, Tien eum non deseruisset in finem.

9.º liber Chu King ait = Tien est summè intelligens. optime in hunc locum commentarii dicti ge Ki. sic enim loquitur illorum author. Y. si quis exponat duas litteras 聰明 intelligentiam seu perspicaciam cœli Tien, per duas litteras 禍福 id est per ejus providentiam in calamitatibus et felicitatibus immittendis, sic non attingitur nisi una [illegible] pars sensus quem exprimunt litteræ 聰明, vel

V. 使堯舜而忘兢業豈不趨于狂桀紂而能改過遷善豈不趨于聖孔子以爲下愚不移雖曰不移實有可移之理但恐下愚自暴自棄不肯移耳肯移之是狂之克念也

X. 紂雖昏愚亦有可改過遷善之理故天[illegible]又未忍遽絕之猶五年之久須待暇寬於紂倘一旦改悔天不終棄之也

attingitur tantum unus partialis effectus cœlestis sapientiæ. 聰明以禍福言，此特聰明之一事. Deinde citat Tchu ouen koung, qui dicit = 天之聰明無所不及 Cœli Tien scientia seu sapientia nihil non attingit. Citat etiam Tchang tze quem approbat quando dicit = Tien ita cognoscit res ut non habeat opus auribus oculis aut cordis meditatione. Ejus cognoscendi ratio longe superat omnem cognitionem auribus oculis aut cordis meditatione perceptam. quod autem addit Tchang tze = Tien per populos sapit per populos tremendum se præstat. Circa hoc dicit aperte author commentariorum ge ki = sapientiam (cœli) referre ad populum nullatenus est sensus hujus loci.

10°. in eundem locum commentarii recentiores dicti ge kiang sic loquuntur. A. Tien quam alte supereminet! nihil illo æquius justius nihil. est quid summe spirituale summeque intelligens. auribus non utitur et nihil non audit. non oculis aspicit, et nihil non videt ejus perspicacitas. non modo in Regni administratione populorumque statu nihil plane est quod eam fugiat, sed in ipsis etiam domorum penetralibus, obscurissimisque cordis latebris nihil est ipsi abditum. ~~omnia~~ clare conspicit omnia et nihil ipsius examini excidit. Talis est videlicet sapientia cœli Tien. hoc exemplum sibi ad imitandum proponit sapiens ac bonus Imperator. Nec amat nec odit privato affectu ex ratione semper decernit aut pœnas aut præmia. atque ita sicut Tien oia [suo modo] audit perspicitque.

sic interdum Interpretes fusius exponunt, quod textus paucis expressit. Interdum etiam textui addunt perpauca. ad illum locum Philosophi Moung tze, ubi dicit Chun non ab yao accepisse imperium, sed a Tien. nihil fere interpretes. sic etiam qdo liber Chu king ait = Ren hia de verâ virtute non curavit. Erga Tien superbus erga populum crudelis fuit. quare ab Augusto Cœlo Tien rejectus est. postea Tien in universam terram aspiciens quæsivit virum dignum Imperio &c.

Interpretes

Y 聰明以禍福言此特聰明之一事○天之知物不以耳目心思然知之之理過于耳目心思天聰明以民明威以民按聰明以民非此章所及

A. 惟天高高在上至虛至公至神至靈不庸聽而聽無不聞不需視而明無不見不惟政令之得失民生之休戚舉不能逃天之鑒郎暗室屋漏之中不睹不聞之地亦皆照然察無遺焉天之聰明如此惟聖君以是爲法好惡不蔽于私賞罰皆當于理一如天之聽無不聞明無不見如此

B. Interpretes satis habent textum paucis intertextis litteris repetere.

11°. ad hæc verba libri y king 帝出乎震. sic loqtr Hou yun foung B. ab his verbis usque ad alia verba 成言乎艮, habetur ordo et ~~se~~ series productionis rerum omnium. sed quis eas produxit ac perfecit? Certe necesse est sit ~~aliquis~~ dominus moderator seu gubernator qui eas fecerit. Eum textus indicat per litteram 帝.

11°. In libro cui titulus est Kou ouen yuen kien jussu Regnantis Imptoris et ejus sumptibus edito, sic refertur Ouang kia Imperatorem alias suo tpore allocutus. C = audivi ego Vræ Majestatis subditus, quod populi factis moventur non verbis, et quod ~~Tien~~ non vana specie sed opere ac veritate correspondetur cœlo Tien. K. Plebi ipsi quæ minimum quid est ac infimum illudi et imponi non potest. Quid dicendum a fortiori de supremi Tien spirituali seu divina intelligentia! Credo, decipi poterit?

Hunc locum Imperator hodie regnans Regio penicillo sic approbat = movere populum factis non verbis, Cœlo Tien respondere opere ac veritate, sunt duo verba quæ Confucius ipse, si resurgat non mutaret.

12°. liber chi king ait = hac ætate homines mali sunt. putant Tien ipsorum peccatis indormire, nec humana curare. sed cum dies determinatus advenerit, nemo erit qui possit vincere Tien et pœnam effugere. existit scilicet supremus Dnus (Chang ti.) nec tn sit dici ex odio punire.

sic in hunc locum interpres tchu foung tchin. D = bonis præmia malis pœnas rependere, ordinaria est (vel) constans est cœli ratio. quod si nondum ita est; ~~Tien~~ Tempus nimirum quod determinavit nondum venit. quamdiu abest illud tempus, relinquitur homini potestas vincendi Tien. sed cum venerit terminus definitus, tum vero necesse erit hominem vinci a Tien. Enimvero qui hodie patitur adversa, quis scit annon postmodum fausta sit accepturus et vicissim! Cæterum etsi cœlum Tien puniendo improbos videatur

B. 自出乎震至成言乎艮萬物生成之序也然孰生成之必有爲之主宰者故謂之帝

C. 臣聞動民以行不以言應天以實不以文下民微細猶不可詐況於上天神明可欺哉

D. 福善禍淫此天之常理也善者未必福淫者未必禍此正其未定之時也方其未定則人何能以勝天及其既定則天必能以勝人然則今日之受禍者安知其不爲他日之福而今日之受福者安知其不爲他日之禍乎夫淫若禍之似若天有所憎然禍加于淫罰惡之公理也天何憎哉知後日之禍非憎惡則知今日之禍非曲庇也後定而今日不定耳第不知其果何時定乎

eorum
quasi odio moveri, vere tamen ad scelestos puniendos sola ducitur æquitate qua vitium puniri postulat. Tien quomodo eos aversetur? si bene percipis quod punit aliqdo malos non ex privatæ aversionis motu, intelliges etiam quod si eos hodie non punit, id nullatenus ex molli minusque rectâ erga eos indulgentiâ procedit ~~Apaq~~ sed ex eo quod punitionis illorum tpus dtnatum sit pro futuro non pro nunc. Verum pro quo præcise tpore determinata sit illa punitio, id nos prorsus ignoramus.

Ex Interpretationibus supra relatis judicet æquus Lector quam vere dictum sit Romæ = litteratos sinenses omnes ~~ad~~ q soltem a quingentis annis, aut fere omnes in atheismum incidisse, nihil que ab illis intelligi per Tien 天 et Chang Ti 上帝, quam cœlum materiale aut cœcam quamdam virtutem eidem cœlo congenitam.

Dicet. aliqui ex citatis etiam authoribus habent alia contraria.

Reo 1.º esto. sed vix tam aperte mala, quam aperte bona sunt quæ protuli.

Reo 2.º si quæ mala proferantur in Intptibus, ea nullatenus cohærebunt textibus librorum King, quibus continetur Imperii doctrina.

Reo 3.º si quæ mala proferantur, certe non talia, ut in iis tam multi variarum ætatum authores tam bene concinant.

Reo. supponamus, quod falsissimum est, multa in Intrptibus reperiri mala, bona autem esse pauciora. etiam in hypothesi, Quidni paucioribus uti possint missionarii cum cautelis idoneis ad omnem erroris suspicionem amovendam? excurrendo videlicet per essentialia veri dei attributa, et ea verbis quam aptissimis fieri potest exponendo. hoc si fiet ut revera factum est. hodierni sinenses non possunt non videre missionarios aut Xanos, cum inter alias app-

alias veri dei appellationes interdum utuntur Tien et chang Ti, his litteris seu vocibus intelligere ens a se, æternum, sapiens, incorporeum a quo cœlum terra oia que iis contenta ex nihilo facta sint et gubernentur. in falsa hypothesi quæ supponeret hodiernos litteratos etiam in suis libris veteribus King nihil agnoscere sub vocibus seu litteris Tien et Chang Ti, possent quidem illi putare nos ad designandum quem colimus deum, quia legendo libros canonicos credidimus has litteras hunc habere sensum, dicerent q; nos in eo errare [quod nulli nobis objiciunt] sed nullus eorum, nisi demens, posset ullatenus suspicari, nos pro deo agnoscere cœlum materiale, aut cœcam aliquam virtutem eidem cœlo congenitam.

Ruunt igitur Ex omni parte quæ Romæ sunt exposita contra usum Tien et Chang Ti, quem fecerunt missionarii et Xani cum tanto rei Xanæ profectu et incremento.

Sub finem moneo posse objici contra usum appellationis Tien tchu 天主 eadem quæ objecta sunt contra Tien, et Changti; imo fortasse plura et graviora. Hoc etsi verissimum est, et probare facile possem. Illud non dico, ut suadeam reprobandam appellationem Tien tchu. absit. sed ut melius intelligatur metum scandali Romæ inculcatum circa Tien et Chang Ti vanum esse, ~~nepe~~ et consequenter nihil esse cur illarum vocum usus omnis penitus interdicatur missionariis et Xanis, sic que ipsis adimatur medium peridoneum ad sectas idololatricas in hoc Imperio impugnandas, et ad conciliandos veritati quæ amplectendæ aut saltem approbandæ præparandos animos sinensium, ut longâ compertum est experientiâ.

Hoc Longioris scripti olim a me facti Compendium legi et approbo. continet paginas undecim. Jos. Ren. De Tremorell



Productio universi

Li Ki · Kiao te seng
萬物本乎天

Res omnes suam ducunt originem à Tien.

Hiao King
天生萬物惟人爲貴

Tien produxit res omnes, sed inter eas nobilior homo.

mengtze
天之生此民也

Tien produxit hos populos.



mengtze T.3.c.6.f.6
詩曰天生蒸民有物有則民之秉彝好是懿德
孔子曰爲此詩者其知道乎

liber carminum ait: Tien produxit universos populos. Res qualibet ubi producta est habuit suas Regulas. talis est innata ~~(hominibus)~~ seu populis directoria regula ad amandam virtutem. Confucius ait: Qui haec fecit carmina bene noverat veram doctrinam vel rationem rectam.

Gubernium mundi

mengtze T.2.c.1.~~f.~~
書曰天降下民作之君作之師惟曰其助上帝寵之四方

Liber Chu King ait: Tien descendit in subjectos populos vel ex alto demittit seu producit subjectos populos. dat ipsis Reges ac magistros. eo tique fine, ut cooperentur supremo Domino in beandis imperii populis, vel in benefico totius Imperii regimine.

mentze T.2.c.5.f.9
丹朱之不肖舜之子亦不肖舜之相堯禹之相舜也曆年多施澤於民久啟賢能敬承繼禹之道益之相禹也歷年少施澤於民未久舜禹益相去久遠其子之賢不肖皆天也莫之爲而爲者天也莫之致而至者命也

Tan tchu (Regis yao filius) fuit paterna virtutis degener. [fuit] Chang Kiun Regis Xun. Xun fuit minister Regis yao, yu fuit minister Regis Xun, ambo diu fuerunt in officio et multa eorum fuerunt erga populos beneficia. Ki filius Regis yu fuit sapiens et idoneus [ad] continuandum Patris bonum regimen. y Minister Regis yu non diu fuerat in officio nec multa erant illius erga populos beneficia. varia fuit sors praedictorum [xun yu et y] sicut varia etiam aetas. filius [Xun] ~~yu~~ fuit degener. filius yu fuit sapiens. istud non evenit sine Tien. Quod enim non praestant humanae vires et tamen fit, tribuendum Tien. quod non habet causam naturalem a qua procedat, et tamen contingit, id tribuendum voluntati seu mandato (ipsius Tien).

曰不然獲罪於天無所禱也

Lunyu T.1.c.2.f.5.

Confucius ait . . Qui peccaverit in Tien, ille non habet a quo veniam precetur.

死生有命富貴在天

Lunyu T.1.c.6.f.13

mors et vita sunt a mandato (superiore) divitiæ et honores pendent a Tien.

惟天惠民惟辟奉天憂桀弗克若天流毒下國天乃佑命成湯降黜憂憂命

Chuking T.3.c.5.f.16.

Tien certè diligit populos. Rex sane obsequi debet Tien in eis regend[is]. Rex Kie familiæ Hia nescivit obsequi Tien. veneno suo infecit Regnum sibi subditum. Ideo Tien favendo Tching Tang dedit imperium, et illud ademit familiæ Hia cui prius illud dederat.

皇天改大邦殷之命

Chuking.

Augustus Tien concessum prius Imperium ademit magnæ dynastiæ yng.

上帝引逸有夏不適則惟帝降格嚮于時夏弗克庸帝大淫泆有辭惟時天罔念聞厥惟廢元命降罰惟時上帝集厥命于文王

Chuking T.3.c.5.f.16

Supremus Jupiter Deus dirigit hoes ad animi tranquillitatem, Hia Kie, Hia Kie illam respuit. Dominus immissis calamitatibus eum admonuit. Hia nescivit admittere Dni monita laxavit frena cupidini, et adhuc obloquitur Dnum invocabat. tunc vero Tien eum non exaudivit, sed eum castigavit ei adimendo imperium . . . tunc scilicet supremus Dnus applicuit ouen ouang suum mandatum (de imperio regendo.)

蕩蕩上帝下民之辟

quam altus quam immensus supremus Dnus (populorum infra positorum Rex!

昊天有成命二后受之成王不敢康夙夜基命宥密於緝熙單厥心肆其靖之 f.3.

Hao Tien habet efficax mandatum (circa imperium dandum) duo Reges (ouen et vou) illud acceperunt. Tching ouang (eorum successor et hæres) non ausus est iners esse, diu noctuque studuit stabilem reddere benignam hanc Tien voluntatem, ideo intus et secreto examinabat cor suum &c

秦始皇即帝位行禮祠求八仙八神一曰天主 祀山川

Intelligentia et immensitas.

釋氏三十三天其高而中者名忉利天謂之天主 病間曰久矣哉由之行詐也無臣而為有臣 吾誰欺欺天乎

Lunyu T.2.c.5.f.4.

Confucius arguebat unum è discipulis suis Tse lou de quodam inanis gloriæ consilio aut proposito dixit = si carens dignitate affectassem in funebribus æquiparari hominibus in dignitate constitutis, quem ego decepissem? numquid et ipsum Tien fefellissem decipere?

知我者其天乎

Qui me probe novit, est certè Tien.

予小子履敢用玄牡敢昭告于皇皇后帝有罪不敢赦帝臣不蔽簡在帝心

Ego parvulus (Tang) filius nomine Li, immolando reverenter hunc vitulum audeo declarare Augustissimo Regum vel Regi Domino, quod non audeo impunita relinquere flagitia (Regis Kie) quod ego subditus Domini nihil intus sinistri contegam, clarum et apertum est Domini Intelligentia

惟簡在上帝之心

omnia certe in supremi Dni mente clara sunt et distincta. Comprendisse et distincte continent.

天監厥德

Tien respexit hanc virtutem (principis Tching tang.

惟天聰明 惟聖是憲 惟臣欽若 惟民從乂

Chuking T.2.c.3.f.35

[illegible] Tien est unicè perspicax. (Id est, ut interpres exponit, omnia videt, oia audit non habet sui similem. 天之聰明,無所不聞,無所不見,無他.

惟厥罪無在大亦無在多矧曰其尚顯聞于天

Chuking. 1.2.c.4.

peccata, si sint magna ~~[illegible]~~ nec multa sint (pœnam haud effugiant) quo magis cum nunc actu moveant aspectum et auditum Tien.

明明上天照臨下土

intelligens et perspicax xang Tien propriis lustrat et inspicit inferiorem hanc ~~mundum~~ terram vel regionem.

Revereor iram Tien. non ausim vanis indulgere oblectamentis &c.
~~[illegible]~~

Chiking.

敬天之怒無敢戲豫敬天之渝無敢馳驅昊天曰明及爾出王昊天曰旦及爾游衍

In hunc locum addit interpres 天之聰明無所不及 perspicacia Tien nihil non attingit.

天維顯思命不易哉無曰高高在上陟降厥士日監在茲

Tien pollet mente perspicaci, demandatum ab ipso Imperium non est servatu facile. Ne dicas: altior est et remotior supra nos (quam ut nos examinare possit) singulis enim diebus hic adest ad singula (quæ) ascendens et descendens.

明明在下赫赫在上天難忱斯不易維王

Tam perspicax est in inferioribus quam verendus in altissimis Tien, ~~[illegible]~~ difficile est ejus fentori (consilia vel judicia. Hinc Regnandi munus haud facile est.

libertas ac independentia

萬章曰堯以天下與舜有諸孟子曰否天子不能以天下與人然則舜有天下也孰與之曰天與之天與之者諄諄然命之乎曰否天不言以行與事示之而已矣曰以行與事示之者如之何曰天子能荐人于天不能使天與之天下諸侯能荐人于天子不能使天子與之諸侯大夫能荐人于[illegible]諸侯不能使諸侯與之大夫

ouan Tchang discipulus philosophi Mengtze dixit = Rex yao tradidit regnum Chun (ut vulgo dicitur) ita ne est. respondit Mengtze, minime quidem. institit ouan tchang et dixit Chun certissime habuit Imperium. quid ipsi tradidit? respondit mengtze, Tien ipsi tradidit. institit ouan tchang: Tien ipsi tradidit; an loquendo imperium ei demandavit? Respondit Mengtze, nullatenus, Tien enim non loquitur, sed factis tantum et rebus suam ei voluntatem patefacit. Respondit ouan Tchang Quomodo istud quæso? respondit Mengtze: Imperator seu Tientze potest quidem proponere ~~[illegible]~~ τῷ Tien hominem qui sibi succedat, sed non potest obstringere Tien ad dandum illi ipsi regnum. ~~sic possunt magistri proponere virum aliquem Imperatori (ad aliquod officium)~~ sic Tchu heou Duces seu proceres feudatarii possunt Imperatori proponere aliquem quem evehat ad hunc gradum, sed non possunt obstringere Imperatorem ad eum acceptandum. sic Magnates possunt proceribus feudatariis aliquem proponere quem ad gradum Magnatis evehat, sed non possunt facere ut ipsi feudatarii eum acceptent.

萬章曰人有言至于禹而德衰不傳賢而傳于子有諸孟子曰否不然也天與賢則與賢天與子則與子

mengtze T.2.c.5.f.8.

Idem discipulus ouan Tchang dixit: Vulgo dicitur jam ab ipso yu Regum priscorum virtutem ~~[illegible]~~ defecisse seu debilitatam fuisse, eo quod filio reliquerit Imperium, illud non tradiderit alicui sapienti (externo) Istud vulgare dictum verum ne est? Respondit Mengtze: nequaquam. ~~[illegible]~~ sed Tien cum vult tradere regnum alicui sapienti (externo) illud tradit. Cum vult illud tradere Regis filio, illud tradit.

惟上帝不常

Supremus Dominus non est ad unum determinatus.

Chu King T.2.c.3.

惟簡在上帝之心

天難諶命靡常常厥德保厥位厥德匪常九有以亡

Chu King. T.2.c.3.f.19.

Ne nimium confidas donis Tien, (licet tibi demandaverit Imperium) non sequitur quod illud semper tibi servet. sola virtus potest tibi assecurare tuam dignitatem. si deficiat virtus, dignitas etiam excidet.

瞻彼中林侯薪侯蒸民今方殆視天夢夢既克有定靡人弗勝有皇上帝伊誰云憎

populus nunc ærumnis pressus, habet Tien pro consopito verum cum Tien ab ipso determinatum venerit, nulla potestas humana ei resistet. hunc igitur Augustum supremum Dominum quis ausit incusare ~~[illegible]~~ et odisse? —

Infusio virtutum et potentiarum spiritualium

天生德于予

Tien infudit virtutem in me. (ait Confucius).

Lun yu T.1.c.4.f.7.

夫仁天之尊爵也

Virtus dicta gin (pietas charitas &c) pretiosum est munus τοῦ Tien.

孟子曰有天爵有人爵仁義忠信樂善不倦此天爵也公卿大夫此人爵也古之人修其天爵而人爵從之今之人脩其天爵而要人爵既得人爵而棄其天爵則惑之甚者也終亦必亡而已矣

Mengtze ait: dant homines seu Principes sua munera, Tien habet etiam sua. pietas charitas, justitia, fides subditi fides erga principem, amici erga proximum, alacritas et constantia in operando bono. hæc sunt munera τοῦ Tien. varii autem honorum gradus ut Koung, King, et ta fou, hæc sunt munera hominis seu Principis. prisci sapientes toti erant in excolendis muneribus a Tien acceptis, et munera Principis eos sequebantur. Nunc homines (plerumque) ita excolunt accepta cœli dona, ut hac viâ intendant humana consequi. quæ ubi adepti sunt, dona τοῦ Tien abjiciunt. Et sunt inter eos qui sic eo usque cæcitatis deveniunt tandem, ut seipsos omnino perdant.

Mengtze T.3.c.6.f.16.

皇天眷佑有商俾嗣王克終厥德

propitium et amicum experitur Augustum cœlum dynastia Chang: facit enim ut Regni hæres (Tai kia) valeat resipiscere et ad virtutem converti.

Chu King. T.2.c.3.

王曰嗟爾萬方有衆明聽予一人誥惟皇上帝降衷于下民若有恒性

Rex (Tang) ait: heus vos universæ Regni partes habetis multitudinem populorum qui me unum hominem audiunt monita dantem. Verum est Augustus Xangti qui naturalem rectitudinem populis infundit, cui obsequendo constans et rata perseverat animus natura.

chuking T.2.c.3.f.6.

耳目之官不思而蔽於物物交物則引之而已矣心之官則思思則得之不思則不得也此天之所與我者先立乎大者

aures et oculi (id est sensus exteriores) non cogitant (id est non sunt intelligendi facultate præditi) ideo decipiuntur ab objectis. objecta nempe sensibilia sensus commovent et abducunt seu alliciunt. animus vero cogitat seu præditus est intelligendi et cogitandi facultate. si eâ utitur assequitur (rectum) si ea non utitur aberrat. hanc facultatem nobis dedit Tien; et est illa prima. primas igitur teneat.

Mengtze T.3.c.6.f.15.

孟子曰盡其心者知其也知其性則知天矣存其心養其性所以事天也

Mentze ait. Qui ~~intellectivas~~ exaurit suum cor, id est facultates et potentias animi sui, propriam is novit naturam (seu naturæ suæ officia). qui propriam naturam bene novit, is consequenter novit Tien. conservare suum animum (in attentione illius proprii) alere suam naturam (in exercendis officiis illius proprii) id est quo servitur τῷ Tien.

mengtze T.2.c.7.f.1.

帝謂文王予懷明德不大聲以色不識不知順帝之則

Deus ait ad ouen ouang. Ego amo (tuam) virtutem. nihil se ostentavit, tibi non sapis aut fidis. sed simpliciter obsequeris regulis a Deo præscriptis.

chi king T.4.c.6.f.17.

無此疆爾界
帝命率育　於皇來牟
明昭上帝　迄用康年

chi King. T. 4. c. 8. fol. 6 et 7.

帝出乎震

受祿於天

天保定爾亦孔之固俾爾
單厚何福不除俾爾多益
以莫不庶天保定爾俾爾
戩穀罄無不宜受天百祿
祿降爾遐福惟日不足

chi King T. 3. c. 4. f. 9.

易曰自天祐之吉无不利

chang hi. art. 12.

上帝是依無災無害

chi King T. 4. c. 8.

無貳無虞上帝臨汝

ibid.

爾克敬天惟畀矜爾

chu King. ..

天佑下民作之君作之
師惟其克相上帝寵綏
四方

chu King T. 2. c. 4.

惟天生民有欲無主乃
亂惟生聰明時乂有夏
昏德民墜塗炭天乃錫王
勇智表正萬方纘禹舊服茲
率厥典奉若天命夏王有罪
矯誣上帝用不臧式商受命

chu King. T. 2. c. 3. f. 2.

Largitio bonorum et protectio

Ti Dni ~~benef~~ voluntate undequaque nutrimur omnes, sine acceptione psoarum aut terrarum. segetes jam maturescunt, in proximo est ut ejus providentiam vigilantem experiamur. supremi Dni Xam ti vigilans haec providentia. summe providus Xangti nobis fertilem adhuc annum largietur.

Ti Dnus verno tpore educit (fruges et fructus terrae) glossa ad hunc locum ait: 上言帝. 此言万物隨帝以出入. prius exprimitur Ti Dnus. ~~unde~~ hic autem (id est in contextu post verba prius ad marginem citata) exprimitur quomodo res oes exeant et intrent sequentes Dno Ti.

(Rex Von) accepit felicitatem a Tien. tchung yong. f. 12.

Tien te servet incolumem stabiliat que firmiter. ~~fac~~ si ~~ut abundes~~ dederit tibi abundare, qua tibi felicitas non veniat. si tuis ipse commodis providat quid tibi desit. Tien revera te servat incolumem. oibus bonis convenientibus que commodis te cumulat. accipis centum id est omnes felicitates et prosperitates a Tien et quidem jam diu; superest tot fruendis bonis dies vitae suppetant.

liber yě King ait. quem Tien adjuvat ipsi bene est. oia ipsi cooperantur in bonum.

~~Eum~~ Quem adjuvat Xangti supremus Dnus, calamitates et damna non experitur.

Sis absque diffidentia et incerto discursu, Xangti prope adest vel aderit tibi.

si bene scias colere Tien, miserebitur tui.

Providentia circa reges et imperia

Tien auxiliatur populis his inferioribus dat ipsis Reges ac magistros, eo nimirum fine ut illi se ministros supremi Dni exhibeant in beando ~~populo~~ terrarum orbe.

populi quos producit Tien obnoxii sunt cupiditatibus. si sint absque Domino, tumultuantur. ideo producit viros ingenio praecellentes qui eos regant. Kie in hoc assumptus iccus ipse et improbus factus est, populus ipsi subditus in lutum ignem misere decidit. ideo Tien dedit ei alium Regem qui fortitudine prudentia, et oium statum ex plo restauraret bonum regimen Regis antiqui yu, reverenter obsequio mandato τõ Tien. nimirum Kie fuit peccatis offendit et contempsit changtien ~~ser~~, et tum Dnus Ti usus illius improbitate ad probandum Tching tang, et ei demandavit imperium loco Kie.

夏王弗克庸德慢神虐民
皇天弗保監于萬方啟迪有
命眷求一德 惟湯有一德克
享天心受天明命以有九
之師

chu King. T. 2. c. 3. f. 19.

天惟時求民主乃大降顯休
命於成湯

chu King T. 3. c. 5. f. 38.

恭默思道夢帝賚予良弼

皇矣上帝臨下有赫監觀
四方求民之莫維此二國其政
不獲維彼四國爰究爰度上帝
耆之憎其式廓乃眷西顧
此維與宅

lun yu T. 1. c. 2.

二三子何患於喪乎
天下之無道也久矣天將以
夫子為木鐸

chu King. T. 3. c. 5.

旻天大降喪于殷我有周佑
命將天明威

chu King t. 2. c. 4. f. 5.

天矜于民民之所欲天必從
之

無辜籲天穢德彰聞

厥終智藏瘝在夫知保抱
攜持厥婦子以哀籲天徂厥
亡出執嗚呼天以哀于四
方民其眷命用懋王

chi King ad. hoang y.

Rex Kie nescivit colere virtutem indigne se gessit erga xin spiritum vel spiritus, tyrannice erga populos. Ideo Tien non eum protexit, imo circumspiciens in omnes partes quaesivit eximiae virtutis virum cui transmitteret imperium. Inventus est Tang vir eximiae virtutis, qui grata cordi Tien obsequia exhibebat. is imperium accepit ex mandato Tien, et ~~possedit~~ obtinuit ~~des~~ novem imperii partium regimen.

eo tpore (Regis Kie) Tien inquisivit quem populis praeficeret Dominum. mox insignem hunc favorem demisit in Tching tang et imperium ei demandavit.

mihi reverenter et attente meditanti mihi de tao, de meis officiis implendis in somnis apparuit Dnus Ti dans mihi egregium ministrum. (nimirum ostendens effigiem hois quam pingi curavit imperator Kao tsoung ut inquireretur homo ei similis, qui inventus est fu yue).

mandarinus qdam alloquens confucii discipulos aliquot dixit; vos quid maesti estis quod Reges non utantur magistro vestro (confucio) Imperium jam diu est absque justitia et legibus. sed mox futurum est ut Tien assumat vrum magistrum et eo utatur tanquam instrumento mõ tŏ. (erat tintinnabulum aereum habens ligneam linguam. eo quondam utebatur insignis mandarinus ad selectus ad dilatandam per provas sanam doctrinam.

misericordia auxiliatrix

Tien misericors (erga populos) immisit ex alto grandem perniciem in Dynastiam yn. ego ex familia Tcheou excepi adjutorium et mandatum obsequio tremendae Majestati Tien. vel exequendo severam vindictam Tien.

Tien miseretur populorum, populorum votis ac desideriis annuit Tien ~~se accommodat~~.

Insontes inclamant Tien ~~(et exaudiuntur ...)~~ Improbitas (Tyranni ~~...~~ eorum) eorum querelas clare innotuit τω Tien.

B. Augustus Xangti supremus Dnus majestate verendus huc inferiora prope lustrans et quatuor orbis partes inspiciens quaerit placem dare populis. vidit duo regna in suo regimine prorsus deficere et aberrare (Interpres addit: 不得天心 ~~...~~ recedere a beneplacito Tien) Item quatuor alia regna ~~...~~ (licet meliora) sensim deflectere et corruptionem duorum illorum sequi. Xangti diu qdem ea sustinuit, dein exosus crescentem ~~...~~ bonis magnificentiam, benigne respexit ad occidentale Regnum principis ouen, quiescit et isti familiae acquievit, ei dando imperium.

其疾敬德

sub finem dynastiae Chang... ut sibi consulerent Patres familias, manu tenentes suam quisque uxorem suosque liberos, et Tien miserabiliter inclamantes fugam parabant. Nec in ipso discessu retinentur. Heu! Tien scilicet orbis populis commiserans benigne assumpsit in Regem Virum eximium. Discite reges ~~impigre viri~~ vobis invigilare et virtuti studere.

上天孚佑下民罪人黜伏天命弗僭
chu King. T.3. c.5.

Xang Tien fideliter auxiliatur subjectis infra populis. Improbus Kie aufugiens se abscondit. Mandatum Tien non errat, vel non caret effectu.

上帝臨汝無貳爾心
chu King T.2. c.3. f.7.

天監有周昭假于下保此天子生中山甫

Tien videns (Regem Ven ouang) dynastiae Tcheou, volens quae illum Imperatorem servare, produxit Tchoung xan fu (qui esset ejus egregius minister.

aequitas et justitia

sola virtus movet Tien

惟德動天
chu King T.2. c.3.

Tien privato et condicto affectu, qui sibi sit in omnibus invigilare, is ab eo diligitur. vel ejus affectus conciliatur per constantem vigilantiam in omnibus.

惟天無親克敬惟親
ibidem.

~~Quaeideo~~ non ex privato affectu Tien dedit Imperio dynastiae Chang, sed adjuvit eximiam virtutem (ipsius Tching tang).

非天私我有商惟天佑于一德
chu King T.2. c.5.

Tien immittit calamitates aut felicitates pro meritis.

惟天降災祥在德

Tien caret particulari affectu sed virtutem adjuvat et protegit.

皇天無親惟德是輔

Unus e discipulis Confucii Tseloo visus est scandalisatus, quod Confucius semel atq; iterum rogatus invisisset Reginam Nan Ke quae male audiebat. Item Confucius jurans dixit: si quid perperam aut indecenter feci Tien me fastidiat (odiet) Tien me fastidiat (odiet).

lun yu Tom. 1. c. 3.
子見南子子路不悅夫子矢之曰予所否者天厭之天厭之

Rex Kie multorum est scelerum reus. Tien suo mandato eum damnat. Ego revereor Xang Ti (supremum Dominum) non ausim non illum punire.

chu King T.2. c.3.
有夏多罪天命殛之予畏上帝不敢不正

ibidem.
天道福善禍淫降災于夏以彰厥罪

Haec est (ordinaria) Tien agendi ratio, ut fortunet bonos, improbos autem puniat calamitatibus. Immisit clades in Regem Kie, ut inde magis innotescerent illius scelera.

古有夏先后懋厥德罔有天災于其子孫弗率皇天降災假手于我有命
chu King T.2. c.3.

olim Reges familiae hiа florebant virtutibus. nullam a Tien acceperunt calamitatem. donec posteri degeneravissent. Demissae sunt in eos calamitates ab Augusto Tien, et mutua tis est manus meas (ad puniendum Kie) illius Imperium ad me transmittens.

惟上帝不常作善降之百祥作不善降之百殃

Xang Ti non est ad unum determinatus, qui bene agit, omnimodam ei felicitatem largitur et vult. si quis male, omnibus eum afficit infortuniis.

ibidem.
今商王受弗上天降災下民焚炙忠良刳剔孕婦皇天震怒命我文考肅將天威

hodiernus Rex dynastiae Chang nomine Xeou non reveretur supremum Tien. opprimit populos, igne cruciat optimos et maxime fidos ministros. Praegnantium ventres ferro aperit, sic iram ipse concitavit Augusti Tien. Tien mandavit meo Defuncto Patri, ut reverenter exequeretur Vindictam Tien.

cap. 4.
商罪貫盈天命誅之予弗順天厥罪惟鈞

Rex Tcheou familiae Xang mensuram (seriem) implevit scelerum suorum. mandat Tien eum puniri. si non obsequar Tien mandanti. meum peccatum erit simile ipsius peccatis. vel particeps ero ejus scelerum.

Tom. 2. c. 4.
惟時上帝不保降若茲大喪

Tunc demum Xang Ti supremus Dnus cessavit eum protegere; imo in eum misit hanc extremam cladem.

l. 2. c. 5.
順天者存逆天者亡

qui obsequuntur Tien ii servantur, qui ei sunt rebelles pereunt.

mengtse.
悠悠昊天曰父母且無罪無辜亂如此憮

Cultus perinneravem etc.

aeterne et juste Tien, diceris hominum pater mater. adeone sinis insontes tot agitari turbis ac malis.

chi King T.4. c.7.
倬彼昊天寧不我矜

Juste Tien, ut quid non misereris nostri!

T.4. c.7.
萬章曰舜往于田號泣于旻天何為其號泣也孟子曰怨慕也
chu King T.2. c.4.

Insontes miserabiliter inclamaverunt coelum.

Ouan tchang quaerit a suo magistro Mengtse. Chun (adhuc juvenis et privatus) eundo in agrum (araturus) cum lacrymis et ejulatu invocabat ~~...~~ misericordiam Tien. quaenam erat vera fletus et ejulatus causa! Mengtse respondet = displicentia sui, amor in parentes. (sibi nimium displicebat quod parentibus licet in se saevientibus et injustis non posset placere. hocque sibi attribuebat

維此文王小心翼翼昭事上帝聿懷多福

mengtse T.2. c.5.
乃命太史次諸侯之列賦之犧牲以共皇天上帝社稷之饗凡在天下九州之民者無不咸獻其力以共皇天上帝社稷之祀
chi King T.4. c.6.

Cum ille Ouen ouang omni studio ac diligentia serviret Xang Ti supremo Dno; ideo postea plurimam ab eo felicitatem accepit.

collectionem hanc textuum sinicorum
eorumque versionem factam a Patre
Joanne Alexio Gollet S.J. et novem
paginas continentem legi et approbo.
Kieoukiang die 11 octobris 1721.
Julianus Placidus Hervieu S.J.
Sup.or missionis PP. Gallorum in Sinis.